Nobilis Bilinski Grodzewicz Consorti suae Reformat.

1163

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren: Capitaneals Premysliens: Nobilis Fedorius Bilinski Grodzewicz sanus mente et Corpore existens, à Terris, Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo: Praesenti vero Castrensi Capitali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo. palam, libere, publice ac per expressum Recognovit Quia ipsi Nobili Pasia Krzeczkowska, olim Nobilis Ioannis Krzeczkowski cum Nobili Anna Zorlecka procreata filia, sinceroque Recognoscentis Consorti Ltimae, eiusque Posteris Summam Triginta florenorum polonicalium Ratione veri Dotis, et Expeditionis post ipsam acceptam in Domum suam importatam, nec non etiam similem Summam Triginta florenorum polonicalium Ratione veri, certi, iusti, liquidique Dotalitij, in et super tota et integra medietate Omnium generaliter Bonorum suorum haereditariorum et obligatorum mobilium, et immobilium Summarumque quarumvis pecuniarum monetarum, Argenti, Clenodiorum, vitrorum, Stanni, Cupri, aeris, orichalci, Vestium, vestimentorum, Equorum, pecudum, pecorum, ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et imposterum habendae in quacunque forma et materia existentis Dedit, Dotavit, Dotalitiavit, Inscripsit, et Reformavit prout Dat Dotat, Dotalitiat, Inscribit et Reformat praesentibus, Per ipsam Nobilem Pasiam Krzeczkowska sui Recognoscentis Consorti

Consortem eiusque Posteros eandem medietatem omnium generaliter Bonorum suorum hæreditarꝭ et obligatorꝭ mobilium et Immobilium ac res supraſcriptas omnes cum Vniversis eorundē Utilitatibus et Uſufructibus Competentiaque ac prærogatiua quauis Tenendi, habendi et Poſsidendi, illisque quietè et pacificè utifruendi et ad suos Suorumque Successorum quouis beneplacitos usus fructus liberè et effectualiter Convertendi, Vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutiùs in Regno obseruari Solitarꝭ Præsentique sua Personali Recognitione ad præmissa Omnia et Singula mediante.

Gnosa de Raducz Korabienska Inscriptionem Roboratoriam Approbat.

1104 Comparens personaliter Coram officiò et Actis præsentibus Castrensibus Capitalibus Præmysliensibus Gnosa Teresia de Raducz Korabienska Gnosi Francisci de Podolino Podolski Pocillatoris Laticzowiensꝭ Consors legitima cum Personali eiusdem mariti sui uti Tutoris Coniugalis assistentia et Authoritate, atque ultroneo ad infraſcripta Recognoscenda Consensu Sana mente et Corpore existens a Terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo: Præsenti verò Castrensi Capitali Præmisliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet Se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter Omnibus totaliter et plenariè Incorporando atque Subycìendo. palam liberè publicè ac per expressum Recognouit. Quia ipsa eliberando eundem Gnosum Franciscum de Podolino Podolski Pocillatorem Latyczowiensꝭ maritum suū ab Onere Statutionis sui Recognoscentꝭ ad approbandꝭ Inscriptionē